



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

36. De coronatione spinea.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

o. 53. 2. *mus eum quasi leprosum & percussum à Deo, &*  
 Patien- *humiliatum* : excipiebat autem ictus summa  
 tiaChri- *patientia & absque ullo turbati animi signo,*  
 sti summa. *adeò ut quidam ethnicus scriptor de eo sic lo-*  
 curus fuerit ; ò virum infractum animo, qui nec  
 1. Pet. 2. *precem, nec lachrymam fudit ! & Sanctus Pe-*  
 23. *trus qui cum pateretur, non comminabatur. Et*  
*ego corpori meo indulgebo?*

## MEDITATIO XXXVI.

*Christus coronatur spinis.*

### PUNCTUM PRIMUM.

Coro- **Q**Uòd milites novum excogitaverint inven-  
 natio **Q**um probrosè & crudeliter excrucianti  
 Christi. **Q** Christum. Non erat amoris ejus fatis commu-  
 nia pati : Sed studium quo mortales excogitant  
 semper alios modos indulgendi cupiditatibus  
 suis, debuit extraordinarijs Christi supplicijs co-  
 argui, & reprimi. Ad hæc milites illi, qui  
 Christum flagellarant, ad spectaculum convo-  
 cant reliquam cohortem, ut ludibrium fiat in-  
 signius.

### PUNCTUM II.

Nudatus **E**Xuunt proprijs vestibus, & induunt clamy-  
 denno. **E**dem coccineam. Iterum igitur nudatus ex-  
 hibetur in tanta militum corona, & quia plagis  
 adhæserat tunica interior, revulsa est cum in-  
 genti dolore, præsertim cum violentè detra-  
 here-

heretur. Injiciunt Christo vestem purpuream, Purpura  
uti regiam, ut quod honori summo alijs esse so- induitur  
let, id ipsum Christo esset despectui. En, ut spon-  
sus tuus, ô anima, candidus est & rubicundus,  
ab Herode, prius alba, nunc à Pilato rubicunda  
veste circumdatus. Peccata nostra sunt hæc  
purpura Christi humeris imposita.

PUNCTUM III.

**P** Lectentes coronam de spinis, imposuerunt su- Impres-  
per caput ejus : Coronari solebant reges tri- sio coro-  
umphantes, dij. Illuditur ergo Christo ut va- næ.  
no Regi, qui paulo antè more triumphantis in-  
traverat Ierosolymam, & qui se filium Dei face-  
ret. Egredere anima, & vide Regem Salomo- Cant. 3.  
nem in diademate, quo coronavit eum mater sua II.  
synagoga, ex qua est secundùm carnem. Sic-  
cine tamen ille, gloria & honore coronatus ? Nec Ps. 83. 6.  
ad contumeliam tantùm coronatur sic, sed et-  
iam ad immanem cruciatum, spinis fodicanti-  
bus sacrum caput, & cruoris rivos elicienti-  
bus, qui largiter fluentes, venerandum vultum,  
os, oculos oppleverunt. Apage superbia,  
apage voluptas, dum ita Rex meus luditur, &  
configitur spinis.

PUNCTUM IV.

**A** Rundinem in manus dederunt pro sceptro, Arundi-  
notantes ejus regnum esse inane & ludi- nis ge-  
crum. Accipit tenetque fortiter irrisionis infi- stamen,  
gne. Terreni Reges ex auro solido conficiunt  
sceptra

sceptra, cum contra illorum regnum sit inane & fluxum, tanquam baculus arundineus, qui frangitur, si innitatur, & manum perforat. Addunt ad insignia regia ludicram adorationem: nam genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes: *Ave Rex Judaeorum*. Per lulum vos adoratis: at Angeli serio; salutatis irrisorie, quem laudant Angeli atque Archangeli. Salutavit & Judas Christum, sed corde ficto, cum mortem ei moliretur, quem salutabat: isti autem palam irrident salutando. Sic inter peccatores sunt alij simulati, alij aperti. Adorant uno genu, ut plerique mortalium, ex parte tantum Deo servientes, non toto corde, mente, & viribus.

Illusoria  
adoratio

#### PUNCTUM V.

Percussio  
alapa.

Quem ut Regem irriserant, tanquam vile mancipium atrociter tractant: nam accipiunt arundinem, & percutiunt caput ejus, & alapas dant, & expuunt in eum. Similia in domo Caiphæ perpeffus fuerat: omnia injuriosissima. Sed quod arundine tundeatur caput, etiam fuit acerbissimum, sentibus coronæ sic altius infixis, & foeda flegmatum colluvies horrorem & nauseam creabat. Ferebat autem omnia humiliter, & patienter, nemine ex tot circumstantibus compatiante, sed omnibus exspectaculo miserabili voluptatem capientibus, risumque captantibus.

ME-